



TV, 101 .

2,15.





20. 25  
*IN NUPTIAS AUSPICATISSIMAS*  
*Nobilissimi, Amplissimi, ac Excellentissimi*  
*VIRI*

**DN. SAMUELIS BE-**

**NEDICTI CARPZOVII,**

Poëseos Profess. Publici celeberrimi,

*Cum*

*Nobilissimâ, Pudicissimâq; VIRGINE*

**ANNA MARIA,**

*Incomparabilis quondam ac summi VIRI*

**JOHANNIS ERICI OSTER-**

**MANNI,**

Potentiss. ELECT. SAX. Consiliarii, ac Græc. Lit. Prof. P.

nec non Alumnorum Electoralium Ephori,

& Academiæ Senioris gravissimi,

**FILIA UNICA,**

*Ad d. 3. Martii, A. clj Ipc LXXIV.*

*VVittenbergæ celebratas,*

**EPITHALAMIA**

nuncupata à

**COLLEGIS, FAUTORIBUS, & AMICIS.**

•••••

Literis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.



In Nuptiis Augustissimis  
Nobilissimae Augustissimae ac Excellentissimae  
N. R. I.  
D. N. SAMUELIS BE-  
MEDICTI CARPZOVII  
Pöfles Professe Publici celeberrimi  
Cum  
Nobilissimae, Pucis magae VIRGINIS  
ANNAE MARIAE  
Incomparabilis proceram ac summi VIRI  
JOHANNIS ERICI OSTER-  
MANNI  
Potentiss. ELECT. SAX. Consiliarii ac Graec. Lic. Prof.  
nec non Alumnorum Electorum Episcopi  
& Academiæ Senioris gravissimi  
FILIA UNICA  
Abd. g. Martii, A. cl. 1724 LXXIV.  
Nuptiis celebratis  
ETIHA LAMIA  
gubernata  
COLLEGII, P. TORONIAE, & AMICIS.  
Litho MATTHEI HENCKELII, Acad. Typogr.







Ierios fontes tempeqve habitata  
Camenis

Deseris, & Paphiæ sedis a-  
mœna subis.

Qvâ Tibi felici sociatur foedere Virgo,

Virtus in cuius pectore regna tenet.

Enthea, CARPZOVI, melioris gratia sortis

Affundat tectis munera grata Tuis.

*Hiscæ Collegæ & Affini plurimum honorando  
gratulatur*

Conradus Victor Schneiderus,

Med. D. PP. Sereniss. Elect. Sax. &c.

Med. h. t. Acad. Rector.

---

Nulla sine auspicio fiunt connubia cœli,  
Et solet uxorem consociare Deus.

Ille parem pietate tibi & virtute puellam,

CARPZOVI, sociam nunc cupit esse thori.

Has tibi felices precor, & sine turbine tædas,

Sit sine clade domus, non sine prole thorus.

Johannes Meisnerus, D.

A 3

Unica,



UNica, CARPZOVI, Tibi Magni Nata Pa-  
rentis

Consociat castam, sorte favente, manum.  
Accinit auspiciis solemnia júbila Vestris  
Verticis Idalii Pieriiqve chorus.

Qui paribus fibris Deus inspiravit amorem,  
Ad votum Vobis currere fata sinat.

*Johannes Andreas Quenstedt, D.*

---

AD EXCELLENTISSIMUM DN. SPONSUM, FAU-  
TOREM ET COLLEGAM HONORAN-  
DUM.

Dum Nuptiarum nunc paras solemnia,  
POETA, Carminum probas Encomia,  
Encomium tuis pararem laudibus,  
Et Nuptias multo bearem carmine:  
Sed dum Poëtis unice placent Viris,  
Quae Delicata vena comitis dictitat  
Leporibus, quos Musa denegat mihi,  
Nil addo, praeter optimum FELICITER!

*Johannes Deutschmann, D.*

---

Saucius Idaliâ narratur Apollo sagittâ,  
Materies Daphne tristis amoris erat;  
Alter amat, fugit, ut scelus, altera, nomen amantis,  
Diversum studium pectus utrumqve tenet,

*Quan-*



Quantò, CARPZOVI, nunc es felicior illo,  
Gratior in Cujus brachia Virgo venit:  
Hâc Sociâ vitæ felices exige soles,  
Dulcia quæ talami pignora cerne tui,  
Cum Sponsi & Sponsæ, JESU placuere, Parentes  
Integri vitæ, PRINCIPIBUSque Bonis,  
Nota astris OSTERMANNI-CARPZOVIA Virtus  
Per plures ramos crescet in Orbe diu.

*In augmentum Honorum  
DN. Sponsi, Collegæ, Affinis & Compatriis hono-  
ratisimi, Sponsæque omni honoris cul-  
tu prosequendæ*

f.  
Joachimus *Merger* / Silesius,  
D. & Prof. Pandect. Publ.

---

**C**Armina qui Nobis dat promptè, Carmina poscit,  
Quis tanto reddet Carmina digna VIRO.  
Ast cum sit pietas nec spernere vota piorum,  
Votum, non Carmen, SPONSE Venuste, dabo:  
Crescat in æternas laudes Conjunctio facta  
Hæc vestri thalami Numinis auspiciis!  
Vivant CARPZOVII! ferat OSTERMANNIA proles  
Fructus innumeros, Pignora casta Tori!

Haud immemor Collegialis amicitia, infucati a-  
moris & debiti honoris, quo manes vene-  
ror BENEDICTI CARPZOVII seculi no-  
stri ULPIANI, nec non beati OSTERMAN-  
NI, Academia nostræ ornamenti immor-  
talis, Lectissimis & è Nobilissimâ hâc pro-  
sapiâ oriundis Novis Conjugibus, pio hæc  
pauca consecrabam affectu

Wernerus Theodorus Martini, J.U.D.

Pand. P. P. Et Seren. Elect. Sax. in Suprem.  
Appellat. Jud. Consiliar.



An die Verliebte und nunmehr durch  
Priesterlichen Segen verbundene Herzen.

**S**elbst die Beredsamkeit die da beliebt uns allen/  
Die Schönste Redners - Art / die allen muß ge-  
fallen/

Sucht bey mir einen Vers / wer ist der dieses kan/  
Was uns schreibt allen vor der Reich - besinte

**Man /**

Doch weil ein guter Freund verliebt nimbt schlech-  
te Gaben/

Wenn sie sind wolgemeint / und ihren Ursprung haben/  
Aus Christlichen Gemüth / so sol auch nur allein/

**Geehrtes Paar / Mein Vers / ein blosses  
Wünschen seyn/**

Es wachse mehr und mehr / auch ohne Zahl und Stundē

**Die Liebe / die euch hat in einer Seel' verbundē!**

Was man mit Gottes Rath und Willen fänget an/  
Nicht anders als beglückt und wohl gelingen kan.

**Es lebe Carpzoys - Stamm / der aller Welt  
beliebet/**

**Mit Ostermanns - Geschlecht / das Ruhm  
und Ehre giebet.**

Selbst unsern **WITZENBERG** / vermehrt Euch  
**Edles Paar/**

**Auch bis ins tausend Glied / der  
Höchste mach es wahr.**

W. I. M. D.  
Lator



Lætor, dum Veneris Tibi sidus amabile fulget,  
CARPZOVI, Vatum Theiologumque Decus,  
Flexanimæ plaudunt Charites, hilaresque Camœnæ  
Applaudunt Tædis, Clare Poeta, Tuis.  
His etiam præscum jungens FELICITER! opto,  
Rideat in feros hæc Venus orta dies.  
Præcedat Phœbum sic OSTERMANNIA stella;  
Ut radiis nunquam desinat esse super!

Michael Sennertus, D. P. P.

*S*cilicet ista fuit votorum summa tuorum  
CARPZOVI, Et summe prosperitatis apex:  
Ut Sponsam caperes ductam Virtutibus, aptam  
Usibus atq; tuis, moribus atque tuis.  
Damnaris votis. Venit en! Celeberrima Virgo  
In gremium thalami fœdere juncta tuum.  
Hæc frueri, inq; ejus semper complexibus hære,  
Mollibus illecebris oscula mista cape.  
Sis felix, faueatq; tuis Concordia votis,  
Mella fluant thalamo, lacque merumq; tuo.

Johannes Strauch / D.

*P*ro lauro myrtum gestas, pro Pallade Diva  
Nunc Venus arridet, Magne Poeta, Tibi.  
Ecce vices rerum, quas dextera Numinis adfert,  
Hæc quoque det cœptis prospera cuncta Tuis.

*Affini Optimo gratulabundus  
deproper.*

D. Godofredus Strauß.

Jura



Jura subis , COLLEGA , tori ; charissima  
Amoris

Vincula, vinciri queis pia corda juvat.  
Applaudo : Bene TE, Bene Vos : Anima uniat  
una

Pectora : ter felix germinet usque Torus!

*COLLEGÆ conjunctissimo ita paucis  
gratulab.*

Andr. Sennertus , P. P.

Academ-Sen.

---

**G** Audet adhuc stabulis pecus, ignes pergit  
Arator

*In astra summa tollere.*

*Nondum verna beat cœli indulgentia Terras,  
Non sibilat Favonius.*

*At Tibi maturas estatem, SPONSE colende,  
Tuum latus dum Conjuge*

*Claudis, quæ à verno derivat Paschate Nomen:  
Calesce felix hac, precor.*

CHRISTIANUS TRENTSCHIIUS,  
P. P.

---

**C**ARPZOVIO, Nato simillimo Patri  
Docto Pioque, nubit OSTERMANNIA,  
Virgo pia atque facta ad ungvem, Par Pari,  
Spectaculum pulchrum! Qvis est, qui non pio

Votum



Voto bonum factum hocce mactet & beet,  
Et omnibus modis probet? Faceſſat hinc  
Livor, faceſſat hinc malum quodvis! Meum  
Votum Piorumque omnium eſt, FELICITER!

*Quod gratulab. deproper. Affini atque Collega  
Conjunctiſſ.*

Constantinus Ziegra D. & P.P.

---

Sic carmen abs me CARPZOVIVS petit?

Quin dedicatum poſcis Apollinem,

Vates, & oras, ut Sorores

Dulce melos Thalamis adornent?

Vides, ut altâ ſtet nive candidum

Nunc omne tectum, venaque carmini

Vix apta ſtillet. Te Cupido

Ignibus inſolitis adurat?

Sed perge, qui - te - cunqve tenens ſacer

Inflammet ignis; nec tibi veſpere

Cedente decedant amores

Ingenui. Mea penſa ſolvam;

Primo ut tepelcet tempore mollior

Tandem aura. Vobis apprecor interim,

Quæcunqve vultis grata, mille

Gaudia, milleque fauſtitates.

*Pari Nobiliſſimo deprop. l.m.d.*

G. C. Kirchmajer. P. P.

---

Sicne, VIR EXCELLENS, celebrans Hymeneia feſta;

Dulcia vernantis DECERPERE Dona juventa

Fert animus? Factum bene! Debita conſero Vota;

Vive diu, ſed vive tuâ cum Conjuge felix,

Sitq; tuus multum thalamus POLYCARPUS in ævum!

Fauſtæ acclamationis ergò ſcrib.

Michael Strauch / Mathem. P.P.

B

Velle-



**V**ellere dum niveo tellus albescit, & acri  
Impete ventorum frigida membra  
stupent;

Cur Tua, CARPZOVI, coqv̄it ignis visce-  
ra, flammam

Cur alis in tacito, conscius ipse, sinu?  
Scilicet in Cypriis alius disponitur annus  
Fastis, qv̄o refugit reperere tristis hiems.

Exulet ex laribus gravis inclementia brumæ  
Porro Tuis; vernum rideat usque jubar.

*bon. om. causâ*

*scr.*

MICHAEL WALTHERUS,  
P. P.

---

**Q**uam molita suis longo jam tempore technis,  
In cassum in casses illaqueare suos;  
Hanc nuper victrix prædam sibi cepit opimam,  
Perque amplas ducit Diva superba vias.  
Plaudimus ex animo, multum lætamur, & unâ  
Cum populo faustum sæpe iteramus Jò!  
Vicit jò! vicit Venus OSTERMANNIA! Victrix  
Sic felix: felix Tu quoque Victa sis.  
Felici dabitur nam rursus ovare triumpho,  
Et rursus prædam præda novella feres.

*Sic vovet ex animo*

BALTHASAR Stolberg/

Prof. Publ.

Hause-



**H**Auferat insolitos promissæ Virginis ignes  
Mens Tua, CARPZOVI, plena movente Deo,  
Cum Tibi non usquam prisca placuere labores;  
Triste fuit doctas sollicitare fides,  
Læta dies donec veheret socialia sacra,  
Jungeret & niveas florida Virgo manus.  
Quàm benè turbatæ ceciderunt prælia mentis!  
Finis adest voti, principiumque spei.

CHRISTIANUS Köhrenssee/  
Moral. P. P.

---

**D**um gelidi Piscis signum percurrit Apollo  
Cynthius, & niveum cernitur omne nemus;  
Tu, decus Aonium, calidas in pectore flammæ  
Concipis, ac animi sedulitate foves.  
Jamque vocatus Hymen properat, dulcisque pudicum  
Conjugis intrabit sponsa cubile sui.  
Exultans igitur animis, PATRONE, benignos,  
Quos Tibi concedunt Numina, sume dies.  
Excute tristitiam, de pectore pellito curas,  
Exhilarent animum gaudia mille tuum!  
Vos quoque Castaliæ, lectissima turba, Sorores  
Ad sacra conjugii gaudia ferte pedem.  
Vos animos hilares, & carmina ferte Camœnæ,  
Solventes doctis ora canora modis!  
Ipsemet ex animo, socialibus omnia tædis  
Fausa ferens vestris, talia vota cano:  
Vos pia fata regant, vos nescia vita doloris,  
Longaque felici tempora sorte juvent.  
Vos socialis amor, vos mutua gratia firmet,  
O jungenda sacro corpora bina toro.

NOBILISSIMIS SPONSIS  
*affectum & servitia sign. scr.*

FRANCISCUS HENR. HÖLTICH, Jur. D.



**P**romissi versum, sed inanis vena negavit:  
Pro versu votum, præbeo mente pium.

*Amplissimo Dn. SPONSO  
boni ominis, honorisq; causa  
posuit*

Conrad Samuel Schurtzfleisch,  
P. P. Hist. Ext.

---

**N**on ego **CARPZOVIO** rudiori carmina  
buxo

*Longa canam. Vates doctius Ipse potest.  
Vota dabo. Versus quot construxere Poëta,  
Tot SPONSIS largo commoda fonte  
fluant!*

*Gratulab. f.*

**CHRISTIANUS DONATI,**  
Log. & Met. P. P. Extr.

---

**Q**uò TE, **CARPZOVI**, memorabo carmi-  
ne Sponsum;

Quò Sponsam, Generis flore, nitore  
fatam? (rones,

Non opis est nostræ; sed erunt, tua cura Ma-

Qui Tædas poterunt condecorare Tuas.

Esse



Esto pium votum prolixi Carminis instar,  
Cui Pater æthereus pondus inesse sinat.  
GRATIA SUPREMI NEONYMPHOS  
undique cingat,  
Floreat & jugi prosperitate Thorus.

*Ita animitus compre-*  
*tatur*

M. AUGUSTUS Fleischhauer!

Eccl. Witteb, Archid.

---

ACROSTICHIS HENDECASTLLABA  
IN NOMEN NEONYMPHORUM.

Sancti Conjugii status verendus  
A summo proficiscitur JEHOVA ;  
Munus, foemina moribus polita,  
Verè est egregium : Probus maritus  
E coelis datur, ut ferunt sacrati  
Libri, Dia volumina, atqve monstrant.  
Bellè hæc eveniunt Tibi, atqve cæptis  
En, Clarissime Vir, Tuis secundis,  
Nam nomen BENEDICTI habes, & omen,  
Et verè es BENEDICTUS à JEHOVA,

B 3

Dum



Dum sic cuncta Tibi fluunt, ut optas,  
Id vitæ benè magna pars beatæ est.  
Cælebs quandoquidem diu fuisti,  
Tandem nunc satagis subire dulce  
Vinclum conjugii, cupisque Sponsam,  
Sit cuncto BENEDICTA quæ decoro.

Ac mox ANNA MARIA, virgo casta,  
Nec non omnigenis corusca donis,  
Nata OSTERMANIA unica, atque chara  
Ardet, Teque cupit sibi maritum.

Magno es, Vir Peramande, honore dignus,  
Adjunxit quoniam Tibi hanc puellam  
Rector conjugii JEHOVA, Sponsam.  
Illam nunc habeas, ames, vigescas  
Ad longos Pylii superstes annos.

*Fauste gratulationis ergo*

*hoc asma gamicum apponere  
voluit,*

**M. CASPARUS Schmiedt/**

**Diaconus Wittebergensis.**

**Ex**



*Ex Prov. XXXI. v. 10. seq.*

**Q**Væ dotata datur virtutibus uxor ab axe,  
Gemmis ac auro charior illa venit.  
Confidit Socia tali Mens fida Mariti,  
Junctaque congaudent pectora bina Thoro,  
Seu Fortuna tonet, seu rideat æthere claro  
Mutuus in Thalamis omnia vincit Amor.  
Hic Amor & Vestras firmet, PAR NOBILE, Tædas,  
Ac detur Fato prosperiore frui.

*Quod Clarissimis Neonymphis  
devoto corde precatur*

M. JOHANNES FABRICIUS,  
Diaconus.

---

**Q**Væ TIBI, CARPZOVI, genialia carmina pangam,  
Tam fortunato carmina digna thoro?  
Quid prius, an fati quæ sit prudentia, mirer?  
An Virtute ferar, commovearqve Tuæ?  
Tardius ad tardum fatorum metra ministrat  
Cursum, Musa canens næ remorante pede.  
Da veniam paucis facilem proluxa datur.

*Crede meas superant sidera blanda preces.*

*Prolixiori animo ac carmine gratu-  
labundus fecit.*

S. FR. FRENZELIUS,  
Facultat. Philos. Adj.

---

**D**ifficile est, Vati dignum componere Versum,  
Nam Vati Vatis non nisi metra placent.

Hinc



Hinc mea Musa timet quendam nunc scribere Versum,  
Pangit enim venâ pauperiore metrum,  
Sed Pietas juslit devotam sistere mentem,  
Et votis quædam verba ligare piis,  
*Tot bona fata novis Tædis mea Musa precatur,*  
*Quotquot felicitis Conjugis esse solent.*  
*Quotquot Jova suis benedicens Munera donat,*  
*Tot bona Conjugibus det, precor, hisce*  
*novis!*

Sic

EXCELLENTISS: DN. SPONSO  
suum devotum ac gratulab. animum  
probare voluit, debuit

M. Georgius VVagnerus,  
Fac. Phil. Adj.

1.  
**E**s ist genug bekand/  
Wie man den Ehestand  
Mit Reimen pflegt zu Ehren/  
Und Wunsch bey Wunsch zu mehren /  
Damit das liebe Paar  
GOTT segne manches Jahr.

2.  
Weil denn auch Ihm die Spur /  
So Gott und die Natur  
Dem Menschen vorgeschrieben?  
Herr CARPZOV / wil belieben:  
So bringet meine Pflicht  
Vor dasmahl dies Gedicht.

Herr



3.

Herr CarpzoV hat das Glück/  
Daß Er den schönsten Blick  
Den ie ein Mensch empfangen/  
So listig aufgefangen;  
Alß seiner Augen paar  
Diß Bildchen ward gewaar.

4.

Diß Bildchen / das der Neid  
Noch in kein bittres Leid  
Und Kleinmuhrt hat gesezet/  
Wie sehr Er auch gewezet  
Den Gallen-bittern Zahn/  
Der manchen weh gethan.

5.

Es hat das Meister-Stück  
Der Kunst gar oft das Glück/  
Die Mutter selbst zu äffen  
Und sie zu übertreffen:  
Allein an diesem Bild  
Hat alle Kunst verspielt.

6.

Denn hier ist nicht allein  
Die Schönheit ungemeyn:  
Es ist auch ihre Tugend  
Ben solcher zarten Jugend/  
So die Natur bereit/  
Ein Wunder unsrer Zeit.

7.

Hier ist der Keuschheit Platz/  
Hier ist der Schönheit Schatz/  
Hier ist der Klugheit Garten/  
Hier blühen tausend Arten  
Der nutzbar'n Häußlichkeit/  
Hier ist auch Frömmigkeit.

E

8. D



8.

O grosser Ostermann/  
Ob du schon längst den Plan  
Der Untern Welt verlassen/  
Und Dich die Himmel fassen:  
So wird dennoch dein Geist  
In dieser Bluhm gepreist!

9.

Wohlan/ GeEhrter Freund/  
Gott hat Ihn wohl gemeint/  
Mit dieser schönen Gabe;  
Die gleich des Aarons-Stabe/  
Am Leib<sup>3</sup> und an Gemüht  
Aufs aller schönste blüht.

10.

Gott gebe/ daß hinfort  
Allzeit an sicherem Port  
Sein Schiffchen möge fahren/  
Und stets bey Paar und Paaren  
Glück/ Seegen ohne Zahl  
Betreten seinen Saal.

M. Nicol. Bened. Pascha,

Fac. Phil. Adj.



Q Vi capit castam simul ac pudicam  
Atqve formosam sociam jugalem,  
Ille nimirum est avibus secundis  
Ductus in auram.  
Omnia hæc fulgent adamantis instar,  
In tuâ Sponsâ lepidâ, Virorum  
Summe, te- quam- cum socias jugali  
Fœdere amoris.

Hujus



Hujus inprimis genitor vocandus:  
Leucoris nomen columenq; rerum  
Grande, summis Principibusq; notum.  
Virginis hinc laus.

Conditor rerum superus suavi  
Repleat vestros animos amore,  
Invicem quò vos placidè pieq;  
Semper ametis.

M. Joannes Christoph. Fugmannus,  
Fac. Phil. Adj.

---

O Di procacis carmina barbiti,  
Mollesq; Fescennî numeros procul  
Volo remotos. Nam pudici  
Casta volunt Superi perenne;

Ac insuper castos iniens toros  
CARPZOVIUS, Phœbi decus inclytum,  
Tales sonos ultrò requirit.  
Reddam igitur pia vota tædis:

*Liba serenos nunc sine litibus*  
*Dies, PUDICUM PAR! pereat malè,*  
*Quod copulam turbare tendit!*  
*Perfruere ominibus secundis!*

M. JOHANN. CLODIUS,  
F. P. A.

---

Die Oftermännin wil / noch vor der Hähne frehen/  
Carpzovinn heissen. Sagt / Ihr Jungfern / wie wirds  
stehen/

Wenn Sie den Kranz verkaufcht mit einer Hauben-Tracht?  
Wir sprechen ingesamt: Diß sey die schönste Pracht!  
Aus höchster Schuldigkeit schrieb es  
in Eil scherzh.

M. Johann Wilhelm Hilliger / Chemnic.  
Facult. Philol. Adj.

CARP-



**C**ARPZOVIO eximio eximia **OSTERMANNIA** juncta est,  
Cur non eximium sit, quod utrinq; venit?  
Nimirum Natura parens respexerat illuc,  
Et, qui Naturæ causa suprema, **DEUS**.

f. l. mq;

**GOTHOFREDUS WAGNERUS**, Curie  
Wittebergensis Senator  
&c.



**O**B **SPONSAM BENEDICTUS** eris, Clarissime **SPONSE**,  
Cum maximis virtutibus sit prædita.  
Is siquidem meritò est felix, quem Summus **Iova**  
Donat piâ probâq; ditat conjuge.  
**SPONSA**, Tuus **SAMUEL**, Samuel donatus ab alto  
Simul Tibi portendit omne gaudium.  
Vir datus à Domino quid enim nisi prospera quævis  
Et fausta promittet suæ **DULCISSIMÆ**!  
Sic, quæ bina geris, **CARPZOVI**, nomina lætum  
Præfagiunt connubium, quod gratulor!

In

*Observantiæ suæ erga Nobilissimum & Excellentiss.  
DN. SPONSUM, Patronum  
estimatissimum,*

*infallibile testimonium*

f.

**M. PAULUS LINSIUS**, Amplif. Fac.  
Phil. Adj.





Ed 198

ULB Halle 3  
002 040 255




Sb

UD 17

mit











*In Nupt*  
*Nobilissimi, An*  
**DN. SAM**  
**NEDICT**  
 Poëseos Prof  
*Nobilissimâ, A*  
**ANNA**  
*Incomparabilis*  
**JOHANNIS**  
 M  
 Potentiss. ELECT. SAX  
 nec non Alumno  
 & Academ  
 FIL  
*Ad d. 3. Mart*  
*Witte*  
 EP  
*COLLEGIS, F*  
 Literis MATTHÆ



25  
 E.  
 A,  
 R.  
 of.P.  
 (o)

